DISPUTATIO INAUGURALIS, DE INCENDIIS EX CAUSIS IMPROVISIS QUAM ... AMPLISSIMI...

Johann Friedrich Mögling, Gottfried Christian Lang, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

Digitized by Google

SUMMARIA.

§. 1. Elementorum Ignis & aquæ inſignis utilitas, uſus & cultus Gentilium, tum in nuptiis, tum in pœnis.

§. 2. Eorundem noxa, ubi incidenter incendium nuper hic loci perpeſſum, hiſtorice allegatur.

§. 3. Occaſio Diſſertationis & I.) Caſus incendii ex fœno chordo orti cum Authoribus.

§. 4. Cauſæ phyſicæ ejusdem.

§. 5. Conſideratio Juridica, ubi Reſponſum.

§. 6. II.) Caſus per jocum incendii facile excitandi.

§. 7. III.) Caſus incendiii per ignes volatiles.

§. 8. IV.) Caſus per inconſideratam Sclopetorum exploſionem.

§. 9. V.) Caſus per bruta igne excitata.

§. 10. VI.) Caſus per Domeſticos & infantes.

§. 11. VII.) Caſus per hauſtum fumi Nicotiani.

§. 12. VIII.) Caſus per Mercatores non accuratos.

§. 13. IX.) Caſus per opifices & artifices igne utentes.

§. 14. X.) Caſus incendii in arvis & ſylvis.

§. 15. An & quomodo vel caſui vel Culpæ hæc incendia attribui poſſint vel debeant.

§. 16. De probatione & præcedentia in probanda culpa.

§. 17. De culpa majori, minori, poſteriori, priori, earumque concurſu.

§. 18. De ſententia patremfamilias ex culpa domeſticorum gravante.

§. 19. Aliqua de ordinationibus incendiariis ſequuntur.

§. 20. De Cura circa ignem præcavendum, arcendum, extinguendum & de pœna hac in re peccantium.

§. I.

EA inter Elementa, quibus vita humana nunquam carere, & ſine quibus ea ne quidem originem capere, multo minus durare poterit, ſi Aquam & Ignem retuleris, neminem habebis diſſentientem; ſed & quod ea ipſa, permittente Deo, in inſtrumenta ultricia degenerare queant, experientia comprobat: Prius evictum ut demus, ſolliciti non ſumus, cum notoria probatione non indigeant; obſervamus ſaltem, quam efficaciter neceſſitas multiplex & uſus diverſitas perſtrinxerit animos

Digitized by Google

gentilium, ut, idololatrico cultu, aquam & ignem Deorum in numerum collocaverint, eo ipſo non tam creatas has res, quam potius earum vim, & inevitabilem aſſiſtentiam omni loco & tempore obtinentem venerabundi exoſculantes. Ita autem coluerunt Ignem & Aquam, ut etiam iis peculiaria Nomina Deorum, Vulcani ſcilicet & Neptuni, affinxerint, qui hoc ſub veſtimento involuti perſonatique quaſi incederent, & eo licentioſius cultum extorquerent, qua de re fuſius egit FABRICIUS *in Bibliograph: antiquar: cap. 8. per tot:* neque noſtri Germani ab hac labe erant immunes de quibus Idem FABRICIUS *d. l. §. 16.* diſſerit, & in eorum ſacrificiis aquæ & ignis uſus interceſſit, non alia, uti opinor, intentione, quam ut his duobus vinculis vitam humanam indicarent colligatam, teſte ELIA SCHEDIO, *de Diis Germanis cap. 28.* Omnibus vero palmam præripiunt rituum artifices Romani, qui, cum ageretur de muliere ducenda, ignem & aquam aſſumſerunt, &, cum ageretur de morte per indirectum infligenda, iisdem elementis interdixerunt damnato. Illius rei notabilis extat textus *in L. 66. §. 1. ff. de donat: inter vir: & ux:* ubi quæſtio proponitur, de virgine in hortos deducta, &, die quidem nuptiarum, ſed prius, quam ad eum tranſiret, & prius, quam AQUA ET IGNI acciperetur, donante, an divortio poſt nuptias facto donata ſumma poſſit repeti? Nimirum ignem & aquam acceperunt nuptæ, quia hæ duæ res humanam vitam maxime continent. Hinc canit quoque OVIDIUS *in lib. 4. Faſtorum* hos ritus;

Junxerunt Elementa patres: aptumque putarunt
Ignibus & ſparſa tingere Corpus aqua.
An quod in his vitæ cauſa eſt, hæc perdidit Exul,
His nova fit conjux, hæc duo magna putant.

Plura de his ritibus invenire licet apud GOTHOFREDUM *in not: ad dict: text:* & ROSINUM in *Antiquit: Roman: Lib. 5. cap. 37.* ejusque Commentatorem DEMPSTERUM *hoc cap. pag. m. 614.* nec non addidit aliqua CUJACIUS *in Lib. II. obſervat. c. 2.* & FERANDUS ADDUENSIS *in Explicat. lib. 1. cap. 22.* ut & CONSTANTIUS LANDUS *in libell: Exercit:* quorum teſtimonia exhibet EVERHARD. OTTO *in Theſ: Jur: Tom. 2. p. 351. & Tom. 3. pag. 1419.* Jam quod attinet pœnam, mediante qua igni & aqua condemnato

to

Digitized by Google

to interdictum fuit, hæc ipſa capitis diminutionem involvebat mediam, & civitatem, non vero libertatem, adimebat, per §. 2. *Inſt: de capit diminut: L. 18. ff. de ſtat. hom. L. 5. ff. de cap. minut: L. 8. §. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. 1. §. 2. ff. de Legat. 3. L. 4. §. 11. ff. de grad. & aſſin. & nom. eor. L. 38. pr. ff. de ſolut. L. 2. ff. de publ. judic. L. 10. §. 2. ff. ad. L. Jul. de vi publ. L. 3. pr. ff. ad L. Jul. pecul. & de ſacril. & de reſid. L. 2. §. 1. ff. de pœn. L. ult. ff. de Legat. L. 5. §. 3. ff. de extra ordin. Cognit.* &c. Scilicet tanta erat olim civium Romanorum ſanctitas & inviolabilitas, ut civi, licet convicto de Crimine, non tamen licuerit vel vitam, vel libertatem, vel Civitatem adimere, cujus rei multa proſtant exempla apud SALLUSTIUM, & CICERONEM *in Orationibus pro Aul. Cæcinna, pro Domo ſua, & aliis locis.* Cum vero publicæ diſciplinæ vigor, & ſtudium ſecuritatis omnino expeterent, ne maleficia hominum, tranquillitati civium inſidiantium, relinquerentur impunita, ſat callide excogitarunt modum, quo ipſo ſolum vertere, & una pacem inhabitantibus reſtituere cogerenrur. Itaque tunc cœptum eſt, *igne & aqua* ſontibus interdici, ut his duobus, tanquam vitæ humanæ ſubſidiis, deſtituti, vel mortem ſibi accelerarent, (voluit autem hoc nemo,) vel certum ſibi interitum amoliturí, aliorſum migrarent, exiliumque & aliam Civitatem, quæ eos admitteret, eligerent, qua electa Romanam civitatem, alios quippe Cives non ferentem, amiſerunt. Hoc modo effectum, ut ipſis quidem recta via, neque vita, neque civitas fuerit adempta, ſed per indirectum experiebantur mortis ſententiam, hanc nempe non niſi ſolo mutato aufugituri, aut, ſine uſu ignis & aquæ, lenta tandem tabe morituri. Ex quo ſimul & id patet, quod, quotiescunque Romanorum rigor alicui aqua & igni interdixerit, Exilium ſubinde intellexerint, uti *ex L. 2. ff. de public. jud.* judicamus, tanquam illius neceſſarium conſequens, prout hunc quoque in modum explicuit ROSJNUS *in Antiq. Jur. Rom. Lib. 9. cap. 17.* & LEXICON JURID: ex BRISSONII, CUJAC: & *aliorum Lexicis compilat: voc:* EXILIUM & INTERDICERE. Add. *Ill.* HEINECC: *in ſyntagm. Antiquit. Roman. ſecundum ordinem Inſtitut: Lib. 1. Tit. 16. §. 10.* & VINNIUS, *in Comment. ad Inſt. Tit. de cap. diminut. §. 2.* & plura adnotat JOSEPH FERNANDEZ DE RETES *in Excurſ. Analect lib. 3. excurſ. 1.*

curſ. 1. apud OTTON: *in Theſ. Tom. 5. pag. 1239.* nec non ULR. HUBERUS *in prælect. Jur. Civil. ad Inſtit. Tit. 16. §. 2. & ad Pand. Tit. de capite minut. §. 4.* & OTTO *in Comm. ad Inſtit. Tit. de cap. min. §. 2. in notis.*

§. 2.

Quam inſignem vero, & infinitam, imo ſtupendam utilitatem, commoditatem & amœnitatem hæc nobis elementa præbent, tam infenſa eadem & infeſta nobis ſentimus, imo in majori hoſtilitatis gradu irruentia, quotiescunque eis fuerit divino nutu permiſſum, nobis noſtrisque peccatis incandeſcere, & in noſtra ſævire corpora, bona, viſcera. Mittamus tantiſper aquarum impetus, inundationes, procellas, & implicatos grandine imbres, quibus totæ provinciæ, quas alluunt maria, ingemiſcunt, & lætæ ſegetes, quæ votis reſpondent inhiantis agricolæ, ſuccumbunt; nos tenet adhucdum terror, quem ex incendio, intra noſtra mœnia exorto, concepimus, & Tubinga noſtra, perantiquum Muſarum domicilium, animitus dolet. De frequentia quidem incendiorum, aliis locis interdum, neſcio, quo fato, magis familiarium, ut conqueramur, non habemus, ſi quidem, exceptis aliquot domunculis, per unum & alterum luſtrum, flamma correptis, inde ab Anno Chriſti ſupra milleſimum quingenteſimum quadrageſimo, in quo teſtibus CRUSIO *Annal. Suevic. Dodecad. 411. p. 642.* & JOACH. CAMER. *in Vita Phil. Melanchtonis p. 186.* ædificia 69. vel 71. conſumpta fuerunt, ingens & latius vagans ignis nos non perterruit, &, ſi dicere licet quod res eſt, in ea opinione ſumus toti, & Divinæ providentiæ, cum intima grätiarum actione, ferimus acceptum, quod Deus, tum aliis, tum noſtræ Academiæ, particularem plane accommodet curam, & licet non raro & ſtudioſi, & quos habent in famulitio, pueri, ſæpius utrique ſomno & vino obruti, ſegnius ignem tractent, negligentius cuſtodiant, in lecto & ad lectum, candelis quoque vel ad legendum, vel ad fumum tabaci hauriendum, vel prunis quoque, ad coquendas varii generis potiones, incautius & loco periculoſo admotis, obdormiſcant, omne tamen malum tam clementer averterit, ſcintillas quoque in favilla gliſcentes extinxerit, noſtræque, quæ maxima eſt, incuriæ,

Digitized by Google

incuriæ, obſcitantiæ, ſecuritati, imo petulantiæ, pœnas dare non conceſſerit, id quod omnibus, quorum intereſt, dictum volo; Experta vero eſt noſtra civitas non leve incendium, quod ſuperiori anno Menſis octobris die vigeſimo quarto, hora pomeridiana prima, ſudo tum temporis cœlo, in horreo ad Hoſpitale pertinente, ortum habuit, & quidem tam improviſo & inopinato impetu, ut, qui ad latus utrumque horrei occupationibus œconomicis incubuerunt, ne umbram quidem periculi, tam inſidioſo greſſu approperantis, adverterent. Aliqui incolæ domorum, poſteriorem horrei partem attingentium, primitus fumum ex tecto fœnilis ſerpentem, conſpexerant, &, delato hujus rei indicio, officiales quidem Hoſpitalis cum famulitio, præcipitanti curſu, advolarunt, aqua onuſti, ſi quid auxilii inde ſperari poſſet; ſed ad levem quoque conatum & afflatum, ex acceſſu accurrentium & explorantium inevitabilem, concepta, & hactenus inteſtino calore nutrita flamma tam ſubito, & in tam terribiles prorupit motus, ut, qui præſto erant, vitæ quoque periculum incurrerent, & omnem ſalutem non niſi in fuga poſitam crediderint. Nactus hoc modo ignis ampliorem divagandi licentiam graſſatus eſt ſtupenda celeritate, ita, ut antequam vel miſerando campanarum pulſu, vel tormentorum exploſorum boatu & incolæ & extranei advocati convenire potuerint, non ex ædificiis ſolum, Hoſpitalis in dominio exiſtentibus, aliquot horrea, ſtabula, repoſitoria frumentorum large referta, torcular, & domus inhabitata conflagraverint, ſed etiam ex vicinis civium ædibus novem conſumptæ fuerint, & quidem teſtante hoc aſpectu é meditullio circumjacentium, quibus idem minitabatur flamma, domuum, inſtar grani è malo, luculento teſtimonio, tum non niſi Deum limites poſuiſſe igni, tum homines intendiſſe omnes nervos, univerſo, quod imminere viſum, excidio euntes obviam ſtrenue. Liberatis à terrore paululum animis in authorem inquiſitum fuit, & pluries diſputatum, uti fieri aſſolet, de Cauſis, aliis has, aliis alias accuſantibus, aliis usque eo prolabentibus, ut modo felem pilos in culina aduſtos in horreum afferentem, modo fœnum male ſiccatum, & inprimis chordum, das Oehmbd, Grummet, in medium proferrent, modo incendiarium arguerent, qui, perſpecta prius ſituatione,

callide,

callide ſuppoſuerit titionem, per longum ſatis tempus ſdeliteſcentem, alimentis vero commodis acceptis ſe prodentem, eo vehementius, quo inſidioſius oculos & animadverſionem incolarum antea effugit. Nihil autem erat tragico hoc in caſu certius & evidentius, auxilio divino quaſi palpabili, pro quo & binis Orationibus ſacris, die devotionis deſtinato, Deo humillimæ gratiæ fuerunt actæ, eo juſtiores, quo magis, mediis in flammis eluxerunt divinæ providentiæ ſigna plus quam luculenta, quibus non immerito venit accenſendum, quod à meridie, lucem ſole ſerenam præferente, & non noctu, in loco aquarum abundanti, cœlo plane tranquillo, & ventis non onuſto, incendium fuerit ſubortum, ita, ut tam cives quam extranei prompte ſuccurrere, & inſtrumentis idoneis opem ferre potuerint: pro quibus innumeris collatis in nos beneficiis innumeras agimus gratias, ipſum precantes Deum, ut hujus diei calamitoſi memoriam renovare, & eo magis ad cautam & piam vitam nos perducere ne dedignetur.

§. 3.

Fateor autem undique circumlatum rumorem de variis cauſis tragici hujus caſus, meum confirmaſſe animum, meditationem quandam de rarioribus hujusmodi caſibus inſtituendi, Themate ſcilicet, in quo & Jure Conſulti, & rerum naturalium periti, multa non indigna conſideratione intimiori deprehendent. Inter eos autem ſe *PRIMO* obtulit fama de incendio ex fœno chordo exorto, quæ mihi revocavit in memoriam ſimilem Caſum Inclytæ Facultati Gieſſenæ, cum ibi eſſem, oblatum, de quo infra ſpecialius aliqua ſequentur; Ejus mentionem injecerunt Authores ſequentes, quos primos nominabo, ut pateſcat, per quos profecerim.

Occurrit ante omnia *Fœni cordi*, vel *chordi*, denominatio, de quo audire licet *Lexicon ruſticum a* GESNERO *Scriptoribus Latinis rei ruſticæ ſubjunctum*, ſub vocabulo, *cordum*, ubi ita: *Cordum olus, Columella 12. 13. 2. fœnum autumnale, Cato 5. 8. Columella 7. 3. 21. Plinius rurſus rigari deſecta oportet, ut ſecetur autumnale fœnum, quod vocant, cordum. Antiqui cordum dixere, ſerotinum, unde & frumenta corda, quæ ſero matureſcunt, & agnos cordos, qui ſerius nati forent,*

forent, *& in hominibus dicti cordi ſunt ultimo fœtu progeniti. Hoc eſt, quod ait Quintilianus, præceptorem ſubtilem & eruditum ſcrutaturum origines verborum, unde nomen chordi traxerint: Lego fuiſſe duos Cordos Scriptores Hiſtoriarum.* Non vero videtur eſſe operæ pretium, ut huic Grammaticæ derivationi diutius inhæream, ſiquidem opinionem vulgi, ex fœno autumnali tantum madido, non vernali, incendium metuentis, aſſequi ſatis non poſſum, neque ſine convictione, quam periti in arte præſtabunt, amplectar, niſi ut facile comprehendam, gramina autumnali tempore deſecta, tenera quippe, mollia, tenuia, calida, minorem putredini reſiſtentiam opponere poſſe, quam gramina tempore vernali collecta frigidiora, plena, craſſa, excocta & conſummata, adeoque putrefactioni non adeo obnoxia; proinde tantiſper in genere fœno madido effectum hunc tragicum attribuere licebit, & eo audentius, quo magis conſpirare video Authores, fœno tantum madido, ſine diſtinctione collectionis vel autumnalis vel vernalis, interdum hujusmodi incendia adſcribentes. Sic enim PLINIUS *in naturali Hiſtor. lib. 18. c. 28.* diſſerit: *Gramen ſectum verti ad ſolem, nec niſi ſiccum conſtrui oportet, niſi fuerit hoc obſervatum diligenter, exhalare matutino (tempore) nebulam quandam, metasque mox ſole accendi, & conflagrare, certum eſt; rurſus rigari deſecta oportet, ut ſecetur autumnale ſœnum, quod vocant cordum.* Nec non COLUMELLA *lib. 2. de re ruſtica cap. 19.* ita ſcribit: *Fœnum demetitur optime, antequam marceſcat, nam & largius percipitur, & jucundiorem cibum pecudibus præbet, eſt autem modus in ſiccando, ut neque peraridum neque rurſus viride colligatur. Alterum, quod, omnem ſuccum ſi amiſit, ſtramenti vicem obtinet, alterum, ſi nimium retinuit, in tabulato putreſcit, at ſæpe cum concaluit, ignem creat & incendium*: Quem locum nobis etiam in pleno exhibent MULLER *ad Struvium Exerc. 19. §. 32. lit. θ. p. m. 1252.* & STREKERUS *Prof. Erford. in Diſſ. de Incendiis §. 5.* utrique ejusmodi incendium pro caſuali mixto venditantes. Eandem fovet ſententiam PALLADIUS *de re ruſtica lib. 1. cap. 32. Fœni*, dicens, *palearum, ligni, canarum repoſitiones nihil refert, in qua parte fiant, dummodo ſiccæ ſint, atque perflabiles, & longe removeantur a villa, propter caſum ſurrepentis incendii.* Quam rem confirmat CONRAD HERESPACH *in lib. de re ruſtica, fol. 147. Si nimis,* inqui-

inquiens, *viride, neque ſatis exſiccatum in metas, aut in fœnile mittatur, putreſcit, atque ſæpe incaleſcens vapor flammam creat & incendium.* Ex recentioribus, qui hujus caſus mentionem injiciunt, ſunt, quos invenire licuit, non admodum multi, inter quos ad manus fuere CONRAD FRIEDLIEB *Profeſſ. Gryphiswaldenſis, Tr. de igne nocente,* ubi *cap. 2. §. 3. & c. 4. §. 3.* hujus incendii è corruptione fœni madidi, & porro *in cap. 5. §. 6.* illius mentionem injicit, qui fœnum humidum & nondum ſatis in prato per ſolis calorem exſiccatum, ex quo alias maxime ignis ſuboriri ſolet, in domo vel fœnili repoſuit; cum quo conſpirant, quæ habet in terminis, FARINACIUS *in Praxi & Theor. Crimin. P. 3. Qu. 110. n. 61.* ex quo ſua ſumpſit BERLICH *in Concl. pract. Vol. 4. Concl. 25. n. 66.* concludens, quod, qui fœnum humidum & male ſiccum ex quo ut plurimum ſolet ignis accendi, in domo vel fœnili repoſuit, etiam tunc de incendio ſecuto teneatur, quia culpa ejus in fœno humido inferendo præceſſit. Quorſum etiam pertinent, quæ *Excell. D. D.* SCHÖPFF, *Pater pie venerandus, in Vol. 8. Conſ. 81. n. 34. junct. n. 60.* per modum rationis dubitandi adduxit. Nec id ſolum ad fœnum, ſed & ad alias fruges a pluviis humidas aut vitiatas, nec ante ſatis arefactas extendit LINDENSPÜHR *ad Ordinat. Provinc. Tit. 88.* von Brünſten *pag. 186.* ubi plures ex adductis adcitat, plenius vero ejusmodi caſum exhibent HUBERTUS GIPHANIUS *in Conſil. Altorff. 96.* quod nomine Facultatis Juridicæ ejus loci exaravit, & MARQUARDUS FREHERUS, eodem in caſu, uti videtur, conſultus, *in Conſil. Altorffino 116.* Neque excludendos cenſeo Rei œconomicæ Scriptores, e quibus FRANCISCI PHILIPPI FLORINI Kluger und Rechts verſtändige Hauß-Vatter / ex Editione D. D. DONAUERI, commendandus venit, qui *Lib. 3. cap. 45. §. 3.* ita diſſerit: Es iſt nichts verdrießlichers, als wann man das Heu im naſſen Wetter einführet: Nichts zu ſagen von der Gefahr, welche daraus entſtehet, dann es iſt wohl was wunderliches, daß das naſſe Heu, wann es aufeinander im Boden ligt, ſich entzündet, und wohl öffters Feuer erreget hat; id quod etiam monet in collectione fœni autumnalis, des Grummets *d. Lib. cap. 46. §. 4.* ut alios Oeconomos taceam, quibus addo JABLONSKI allgemeines Lexicon der Künſte und Wiſſenſchafften, qui

qui in vocabul: Heu ꝛc. hæc ex *Hohbergenſi Oeconomia* allegat: Es muß nicht zu ſehr gedörret, auch nicht zu grün aufgenommen werden; auf den erſten Fall gibt es ſchlechte Nahrung, auf den letzten faulet es, und entzündet ſich, und wird dem Vieh tödtlich. Imo Sereniſſimus LLATOR WURTEMBERGICUS huic ipſi malo prævenire voluiſſe videtur in *Gener. Reſcr. de A. 1596.* quod exhibetur *in Extr. Gen. Reſcript. p. 143.* ibi: Nachdeme auch öffters an Orten, da viel Futter bey einander ligt, Feuers Gefahr ſich ereignet; Als ſolle das jedes Orts auf die Behältnüſſe, und Verwahrung des Viehes und Futters beſtellte Geſind, ſorgfältig und wachtſam ſeyn, und ſonderlich auch, daß das Heu und Ohmbdt, ſo grün oder friſch eingeheimbſet worden, der Nothdurfft nach aufgehebt, geſchüttelt und erlüfftet werde, damit man dannenhero deſtoweniger Gefahr zu beſorgen haben möge.

§. 4.

Edoctos ſic aliorum teſtimonio, ſed non convictos experientia, poſſe gigni, & actu fieri hoc modo incendia, noſſe decet eorum cauſam & originem, ut inde ad culpæ præſtationem argumentum ducere, huicque vel condemnatoriam vel abſolutoriam ſuperſtruere queamus. Et quidem hic ingenue fatemur ignorantiam, nobis non ſatis perſpectam eſſe naturam corruptionis, putredinis ex herbis, & exinde reſultantis caloris in ignem lucidum quoque ſimul & urentem prorumpentis; Nam quamvis Phyſici nos doceant, calorem & ignem variis ex materiis, primo quoque aſpectu, tactu, odore & guſtu nihil tale involventibus, protrudi poſſe, uti D. VERDRIESS, *Collega noſter in Academia Gieſſenſi, dum viveret, conjunctiſſimus, in Phyſica, Part. Gener. cap. 6. pag. 131. & ſeqq. & Part. Spec. cap. 4. §. 10.* multis exemplis edocuit, facile tamen largimur, nobis non licuiſſe tam eſſe felicibus, ut penetralia naturæ inſpiceremus, ut cauſas proximas, adæquatas, & integras, ut modum operandi & mirabilem nexum cognoſceremus, qui fœnum inter corruptum & hunc effectum cedit. Victas itaque damus manus, expectamus Doctorem, & ne falcem alienam in meſſem immittere videamur, malumus alieno arare vitulo, quam proprio nihil vel audaciter, idque inutiliter agere. Ita autem

tem FREHERUS *dicto Conſ. 116. n. 7. 8. 9. 10. & 11.* ratiocinatur. *Ad primum*, inquit, *an fieri id per rerum naturam potuerit, ut ex fœno madido incendium oriatur? uti dubitatione & admiratione, ita diſquiſitione res digna videtur. Quemadmodum enim fœnum, id eſt, juxta Accurſii definitionem, herba ſicca, ut & ſtramen & paleæ, ceu aptiſſimus fomes ignem facillime recipit, ut non abs re Jſidorus in Origenem lib. 17. cap. 9. ſcribat; fœnum ita dictum quod eo flamma nutriatur; ita rurſus fœnum diuturnis imbribus madidum atque udum, propter accedentem aquæ copioſæ naturam, plane igni contrariam minime aduſtionem recipere, multo minus apud ſe ignem poſſe concipere ſua ſponte videtur, cum, ut Ariſtoteles docet, lib. 2. de* Generat. & corrupt. *cap. 4. difficillima, atque adeo impoſſibilis ſit mutatio aquæ in ignem, vel è contra, quippe cum aqua & ignis à duobus plane contrariis qualitatibus conſtent, ignis ex calido & ſicco, aqua vero ex frigido & humido, atque ita nihil invicem commune habeant, ut aër cum igne, qui aër calidum & humidum continet,* &c. quam in rem plures adducit authoritates inconteſtabiles, & pergit. *Quæ licet ita ſint, contrarium tum re ipſa, & optima certiſſimaque teſte experientia, ita compertum & exploratum eſt, ut de eo dubitari amplius non poſſit; teſtantur id Ruricolæ, & alii paſſim, qui ſe id ipſum non ſemel vidiſſe, adeoque ipſos magno ſuo malo expertos, eſſe aſſeverant*: id quod iterum teſtimoniis ſupra allegatis comprobat; poſtea ſubnectit: *Quod ſi quis Cauſam hujus rei, quæ prima fronte adeo mira videtur, exquirat, eam quoque idoneam reddi poſſe exiſtimo. Fœnum enim, cum pluviis perfuſum imbre & madens in unum cumulum congeritur, putreſcere neceſſe eſt, ut Columella & Plutarchus ajunt, idque gravis ille fœtor inde proveniens ſatis arguit, cauſa quod putreſcat in ipſa mole fœni eſt, quod pondere ſuo inferiores partes ita & cooperit, & deprimit, ut evaporare inde intrinſecus fœni jam diu à ſole incoctus calor cum aqua luctans minime queat; nemo enim neſcit, quæ fœni & quam ponderoſa ſit moles*: SYMPHASIUS *ænigm. 50. ubi fœnum deſcribit*:

Herba fui quondam viridi de gramine terræ
Sed chalybis duro mollis pretioſa metallo,
Mole premor propria tecto concluſa ſub alto.

Jam de putredine ſi conſtat non erit magnopere de flammæ cura laboran-

boran-

randum. Nam ut acutiſſimus CARDANUS *lib. 2. Subtilit. eleganter do-*
:, ignis multis modis generatur, propagatione, antiſpaſi, frictione,
tredine quoque & denique coitione, ubi de hiſce generibus latius diſpu-
t: Et paulo poſt §. Calor igitur quadruplex &c. Calor, inquit, pu-
dus e genere eſt ignei, ſed in hoc genere differt ab igneo, quod modum
n habeat manifeſtum, igneus autem habet, ideo ex altero in alterum
anſitus; nam igneus moderatus putrefacit, putritus auctus urit, ardet
accendit; Neque his multum obſtare poteſt, quod de qualitate aquæ
mmæ contraria ſupra dictum eſt; quia, cum putredine frigiditas aquæ,
iæ natura igni maxime adverſatur, vitiata & corrupta ſit, remanet
utum humor ejus, qui per ſe & ſua natura tantum abeſt, ut igni reſiſtat,
immo etiam igni, ſi is aliunde ſuppetat, alimentum & pabulum vel
axime præbeat: id quod argumentis pluribus è *Plutarcho, Seneca,*
ardano deſumptis ulterius confirmat. An vero ſolus mador fœ-
male exſiccati hunc effectum producat, vel potius tunc, uti ex
ebe nonnulli autumant, ſi quid *ferri* in id incidere contigerit, iti-
em nobis hæret aqua, & minimum experientia probatum non
abemus, quanquam iterum non ab omni probabilitate videatur
ſe alienum, corpora ejusmodi dura incaleſcere, & accedente forti
liſione quadam incandeſcere poſſe, id quod tamen iterum ju-
icio phyſicorum ſubmittimus.

§. 5.

Utut vero hæc omnia ſe ita vel aliter habeant, non tamen in-
enire licuit caſum, in quo ea ex cauſa ſolitarie condemnatio vel
d pœnam vel ad ſatisfactionem fuiſſet inſecuta, & forſan ideo,
quia probatio in facto defecit, & ipſa contingentia eſt hujus natu-
æ, ut veſtigium poſt ſe relinquat nullum; Equidem plura fœnilia
onflagarunt, de quibus BALDUS in Conſ. 62. Vol. 1. & Vol. 2.
C. 174. conqueſtus, & omni die nova ejusmodi prodeunt exem-
pla: ſed quod hac præciſe ex Cauſa incendium ſit ſubortum, ex-
perientia hactenus denegavit facti certitudinem, quæ tamen præſup-
ponenda eſt. Inde provenit, quod & GIPHANIUS & FREHE-
RUS *locis allegatis* conſulti abſolutoriam elegerunt ſententiam; Ne-
que melior affulſit fortuna in Caſu ſuperius allegato Gieſſenſi,
quem hic inſerendum plenius non abs re eſſe duximus.

 RE-

Digitized by Google

RESPONSUM.

Als uns Decano, Doctoribus und Profeſſoribus der Juriſten-Facultæt, bey Fürſtlich-Heßiſchen Univerſitæt allhier zu Gieſen gegenwärtige Acten zugefertiget worden, unſer rechtliches Bedencken darüber zu eröffnen, ob oder wie weit ein oder die andere Perſon, inſonderheit aber der abgekommene N. N. und deſſen Ehe-Weib ihres verſchulden dabey verdächtig und ſträfflich, oder wenigſtens zu etwelchen Beytrag und Erſtattung, des ſo committendo, als omittendo, cauſirten übergroſſen Schadens aus ihren in Kinderloſen Stand beſitzenden Burgerlichen Vermögen verbunden zu ſeyn erachtet werden möchte? So haben wir alles mit Fleiß geleſen, collegialiter wohl erwogen, und die Sache alſo befunden, daß in N. N. eine unvermuthete Feuers-Brunſt in einer Scheuren, worinnen das ſelbigen Jahrs gemachte Grummad gelegen, ausgebrochen, welche in einer Schnelle die vornehmſte Gebäude gemeiner Stadt ꝛc. ergriffen und eingeäſchert hat.

Ob nun wohlen an fleißiger Unterſuchung nichts ermangelt, um zu erfahren, woher dieſes Feuer möchte entſtanden ſeyn: So hat man doch auf keinen ſichern Grund kommen, vielweniger auf jemand einen gegründeten Verdacht legen oder werffen können, auſſer daß einige auf die Gedancken gefallen, weilen dasjenige Grummad, ſo ſelbigen Jahrs nicht recht gedörrt, alſo aufeinander verfaulet, und einen häßlichen Geruch verurſachet, es möchte dieſer Brand daher ſeinen Urſprung genommen, und folglich der N. N. ſeine Frau, oder die Seinige darinnen eine Schuld begangen haben, daß ſie entweder nicht fleißiger das Grummad beſorgt ꝛc. hätten, das wüſte Grummad hinweg, und alſo dem Brand die Materi zu benehmen.

Berichten hierauf vor Recht:

Obwohlen 1.) die officiales und welche über ein Amt geſetzet ſeynd, worunter dann der abgekommene N. auch mit Recht zu zählen, nicht nur culpam levem, ad quam ipſos oeconomos, adminiſtratores, curatores, & procuratores nominatim adſtringunt in materia incendiorum, BERLICH *p. 4. concl. 25. n. 29.* RAUCHBAR *L. 1. p. 2. qu. 10. n. 25.* ſondern ſo gar 2.) nach vieler Rechts-Lehrer Meynung culpam leviſſimam zu præſtiren haben, *arg. L. 13. C. Mandat.*

L. 21.

L. 21. eod. adeo, ut nihil quicquam ab ipſo in adminiſtratione neglectum, ſeu declinatum culpa vacuum ſit, ANT. FABER *ad L. 23. ff. de reg. jur.* eo magis quod Salarium accipiunt, *arg. L. 1. §. 8. depoſ. L. 40. ff. Loc. L. 12. pr. ff. de furt.* ICTI MARPURG *Vol. 4. Conſ. 26. n. 9.* DOEPLER in getreuen Rechnungs-Beamten *p. 3. cap. 6. n. 3. & 5.* STRYCK *de obligat. princ. ex facto miniſtri cap. 4. n. 8.* Welche 3.) ſonderlich, wo de indiciis die Frage iſt, dahin operirt, daß wenn aus jemands Verwahrloſung ein Brand entſtanden, derſelbige, wo nicht ad pœnam, doch zu Erſetzung des verurſachten Schadens, angehalten wird, Sicuti pro varietate caſuum determinarunt BOCER *in Tract. de incend. n. 87. & 97.* BERLICH *d. l. n. 18. & ſeqq.* CARPZ. *in qu. crim. 39. n. 36. & ſeqq.* LAUTERB. *in Colleg. theor. pract. ad L. Cornel. de Sicar. §. 51. & ſeqq.* Ob ſchon 4.) die Unvorſichtigkeit bloß in omittendo beſtanden wäre, quamvis enim aliqui culpam in committendo conſiſtentem, vel, uti loqui amant, culpam commiſſionis ſolummodo admittant, quæ actioni Legis Aquiliæ locum facit, alii tamen & verius culpam omiſſionis non eliminandam cenſent, ſiquidem ex hac culpa æque poteſt oriri incendium, ac ex altera, veluti ſi quis omiſerit ignem diligentius cuſtodire, & extinguere, *L. 7. §. 2. L. 8. L. 27. L. 45. pr. ff. ad L. Aquil.* VINNIUS *ad §. 2. Inſtit. de L. Aquil. num. 1. Idem Libr. I. qu. ſelect. jur. 33. Thomæ de nox animal. cap. 3. num. 119. & ſeqq.* Und 5.) nicht er ſelbſten, ſondern ſeine Haußgenoßen zu ſolchem Brand die Urſache gegeben hätten, cum enim incendium culpa inhabitantium præſumatur exortum, *L. 3. & 1. ff. de offic. præf. vigil.* LUBLER. *de incend. cap. 2. n. 14. & cap. 5. n. 22.* MENOCH. *de arbitr. Jud. qu. lib. 2. caſ. 390. n. 3.* exinde complures pro certo tradunt, quod ſi damnum ex incendio in alterius ædibus exorto paſſus contra dominum ædium, ad refuſionem ejus experiatur, ex hoc ipſo, quod incendium in ædibus ipſius exortum probat, fundatam habeat intentionem, ſic ut ædium dominus, vel inhabitator ad id resarciendum tamdiu teneatur, donec probet, ſe non fuiſſe culpabilem, LUBLER *d. Tract. cap. 5. n. 19.* CARPZOV. *Juriſpr. for. p. 2. c. 26. d. 18. & Quæſt. crim. 39. n. 63.* VINNIUS *in ſelect. qu. Libr. 1. qu. 33.* GRÆVEUS *Libr. 2. Concl. 21. Conſ. 1. n. 2.* FACHINÆUS *in Libr. 1. Controv. cap. 87.* SANDE *in Dec. Friſ. Lib. 8, tit. 6. def. 9.* quandoquidem ad ipſum patrem familias

familias cuſtodia domus, & eorum, quæ inibi continentur, principaliter pertinet, ut adeo ille ſuam diligentiam probare teneatur, juris præſumtione ei ſemper adverſante. *L. 11. ff. de per & comm. rei vend. L. 27. §. 9. & 11. ad L. Aquil.* MOLLER *ſemeſtr. Lib. 4. c. 31. n. 2. & 6.* GOEDEN *in Conſ. 103. n. 3. & 10.* Welches alles dem N. N. um ſo widriger iſt als *6.)* ihnen ſelbſten eine groſſe Culpa darinnen beyzumeſſen zu ſeyn ſcheinet, daß Sie überhaupt das feuchte Grummadt nicht beſſer gedörret, verwahrt, an einen beſondern Ort und auseinander gethan, und einem ſolchen Fall vorgekommen, den doch verſtändige Hauß-Vätter und Feld-Leute wohl hätten voraus ſehen können. Sicuti enim exempla ſunt in promtu plurima, quod ex fœno viridi vel humido horreis illato, niſi cura in eo exſiccando & convertendo diligens acceſſerit, præſertim vero, ſi in id aliquid ferri contigerit incidere, incendia oriantur, id quod ex rationibus phyſicis affirmant, COLUMELLA *de re ruſtica Lib. 2. c. 19.* PLINIUS *Lib. 18. cap. 28.* HERESPACH *de re ruſtic. fol. 174. & multis exemplis corroborant* GIPHANIUS *in Conſil. Altorff. 96.* FREHER. *in dict. Conſil. 116.* STRYK *in Diſp. de incend. caſual. poſit. 4.* BERLICH *p. 4. Concl. 25. n. 66.* ita plane ſe culpæ reum reddit, qui non facit id, quod alii faciunt, vel facere ſolent, SURDUS *in Dec. 84. n. 4.* GOEDEUS *in Vol. 4. Conſ. Marp. 57. n. 50.* vel non intelligit id, quod major pars vel omnes intelligant *L. 213. §. fin. L. 223. ff. de verb. ſign.* vel ſi quis non prævideat id, quod alius vir prudens & circumſpectus facile prævidiſſet, *L. 31. ad. L. Aquil.* RIMINALD *Conſil. 441. n. 22. & 35.* CYRIACUS *in Controv. for. 166. n. 30.* vel ſi quis non evitet illud, quod omnes communiter vitare ſolent; CYRIACUS *in Contr. 358. n. 30.* HEESER *de reddend. ration. Loc. 10. n. 38. & ſqq.* Maſen 7.) die beede Mäder N. N. ausgeſaget, daß das Grummad von der Wieſen N. unter einander, und in einen Stos gekommen, allzuſpät abgemähet, und zu rechter Zeit nicht, ſondern entweder am Morgen, da es von dem Thau noch gantz naß geweſen, oder zu Mittag, da es noch nicht genug dörr geweſen, abgeführet worden, da ſie doch die Wägen erſt um Veſper von dem Keller verlangt hätten. *Vid. Rot. Teſt. f. 4. 10. 11. Jung. Act. N. 24. 25.* Welches Grummad dann 8.) nicht beſonders, ſondern zu dem andern Stos lincker Seiten in

die

die ſo genannte Grummad-Scheuren geleget worden, *Rot. Teſt. f. 6. Act. Nro: 20.* und gleich angefangen zu riechen, zu ruſſeln, zu feuſſeln, zu dämpffen, und wie eine von dem Wetter geſchlagene Frucht zu brändeln, ja endlich gar zu ſchimmeln, faul und wüſt, naß und heiß zu werden, wie dieſes die Zeugen *in Rot. fol. 6. 7. item in Nro. Act. 14. 15. 16. 18. 19.* & paſſim bejahen, ſo daß 9.) dieſes dem Keller ſelbſten angezeigt, von ihme angeſehen, und dem Bodenknecht befohlen worden, Stroh darauf und in das Loch, wo es ſich zuſammen geſetzt, zu legen, damit die Feuchtigkeit möchte heraus gezogen werden, welches dieſer auch zu zweyen mahlen gethan, und einen Theil des verfäulten Grummads auf den Miſt ſchaffen laſſen, wie abermahlen aus beeder Confeſſion und Auſſage der Zeugen *Rot. Teſt. f. 7. 8. 9. 11. 12. Act. N. 4. 18. 19. 20' 21. 24.* & paſſim erhellet, da inzwiſchen 10.) ſich ergeben, daß, als kurtz vorher ein Burger denſelbigen Tag *Act. N. 1. & 2. & 4.* dem Keller ſelbſten, wie es nach Feuer rieche, angezeigt, dieſer aber nichts daraus gemacht, gähling in gedachter Scheuer ein Feuer ausgekommen, und zwar am erſten zur lincken Seiten, in der Scheuren, oben auf dem Stoß, obſerviret worden, *Act. N. 1. 2. 8. 9. Rot. Teſt. fol. 8.* & paſſim. Wo dieſes wüſte Grummad ſonſten gelegen, von welchem Orth an es bey Eröffnung der Scheuren gleich den gantzen Stoß überloffen, das Dach glüend gemacht, und die andere Gebäu angegriffen hat. Wie nun hieraus 11.) genugſam erhellet, daß wann der Keller und Bodenknecht dieſes Grummad bey der Einführung, beſonders gelegt, oder bey Wahrnehmung erhaltener Nachricht, und ſelbſtigen Augenſchein, das verdorbene Grummad gantz hinweg gethan, und auseinander geſtreuet hätte, dieſes auf einander erſtickte Heu ohnmöglich Feuer fangen, und ſie von der begangenen Culpa und darauf folgenden Erſtattung des Schadens nicht loßgeſprochen werden können, nam qui damni occaſionem dat, & quidem non dolo ſed tantummodo per culpam, omne damnum ſubſecutum reſarcire tenetur, L. *30. §. 3. ff. ad* L. *Aquil.* SURDUS *Conſil. 12. n. 40.* CRAVETTA *Conſ. 264. n. 4.* BURSATUS *Conſil. 139. n. 13.* CEPHALUS *Conſil. 577. n. 1.* tametſi id præter, imo plane contra ejus, qui culpam commiſit, voluntatem ſequatur, ex quo conſtat, quod ille, qui in re illicita verſatur, de omni eo, quod exinde con-

 ſequi-

ſequitur, licet contra voluntatem, teneatur FARINAC. *de homicid. Qu. 126. num. 61.* CYRIACUS *Controv. 250. n. 4.* Sic ut proinde hæc duo ad paria judicentur, ſive quis damnum det, ſive damni ſolummodo occaſionem ſeu cauſam remotam, CYRIACUS *Controv. for. 165. n. 18.* ſua culpa præbeat, FONTANELLA *Dec. 196. n. 5.* um ſo weniger, als 12.) ſie wenigſtens, wenn es ja nicht gut thun wollen, ein ſolches dem N. N. anzeigen, die vorhandene Gefahr vorſtellen, und weitere Ordre erwarten, oder doch noch ſelbigen Tag, und etliche Stunden vor dem Brand, da ihme ſo viele verdächtige Nachrichten, daß es nach Feuer rieche, zugekommen, dieſe nicht nur obenhin anhören, den wiedrigen Geruch einer andern Urſache zuſchreiben, und ſich und andere ſicher machen, ſondern ſelbſten in rem præſentem, mit Zuziehung mehrer Leute, ſich verfügen, in die Scheuren, wo das ihnen wohl bewuſte verdorbene Grummad gelegen, gehen, die Sache ſelbſten in Augenſchein nehmen, und nach Befinden den Stoß abwerffen ſollen, deren keines ſie gethan, mithin dieſes Unglücks Urſprung, nach ihren Pflichten, nicht vorgebogen haben, ja es kommt auch dem N. N. 13.) dieſes zur Laſt, daß er nach Auſſag *Teſt. in Rot. fol. 3. b.* und ſeiner ſelbſtigen Geſtändnuß kurtz vorher in den *N. N.* 5. Wägen voll Wellen führen laſſen, welche gleich Feuer gefaßt, den Brand vermehret, und den größten Jammer gemacht haben, wobey es nicht geblieben, ſondern er hat auch 14.) bey ſchon entſtandenen Brand das N. N. Geſind, das in Herbeyſchaffung Waſſers und Feuer-Kübeln beſchäfftiget geweſen, zu Flüchtung ſeiner Früchten und Meublen gebraucht, wodurch daſſelbige vom Dienſt abgehalten worden, ſo daß es ſcheinet, es könnten dieſe beede der Keller und Bodenknecht ſo wohl von einer nahmhafften Straff, als Erſetzung des übergroſſen Schadens, ſo weit ihr gantz Vermögen reichet, nicht befreyet werden; cum in reſpectu ad providum patremfamilias res illicita ſit fœnum madidum in horrea recondere, ut ſic dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quod præter illius intentionem ſequitur, ſi cauſa ſit ordinata ad illud delictum. BRUNNEM. *Exercit. Juſtin. 24.* vel poſito quod in re licita fuerit verſatus, tamen ſi in re licita ac permiſſa non adhibuerit debitam diligentiam, & ita damnum datum, hoc utique erit ex parte culpoſum, STRYK *de ince n-*

incendio caſuali poſ. 5. n. 6. L. B. de LYNCKER *in reſol. 162. & 607.* ubi in ſpecie de reſarcitione damni ex culpoſo incendio orti, LAUTERB. *ad. l. Cornel. de Sicar. th. 51. & ſqq.* DAMHOUDER *in Pract. crim. cap. 104.*

Jedennoch aber und dieweilen 1.) circa Proceſſualia ſich ſo viel ergibt, daß alle Indicia, welche wider den Keller und Bodenknecht ſtreiten, entweder von unbeeidigten, oder zwar mit Eid beladenen, aber nicht in dieſer Leute Gegenwart geſchwornen, noch auf Articul und Frag-Stück abgehörten Zeugen herkommen, die zwar ad Informationem E. Löbl. Stadt-Raths und daraus etwan weiterer führenden Inquiſition, nicht aber zu der vor ſchuldig gehaltenen Bedienten Uberzeugung dienen mögen, patet enim, quod teſtes injurati vel adverſa parte nec citata nec præſente, jurantes, *l. 19. Cod. de teſtib. l. 18. Cod. de fid. inſtrum. Nov. 90. in fine* non tamen ad Articulos & Interrogatoria examinati teſtes non valeant aliquid ad convictionem Reorum, RUTGER RULAND. *de Commiſſ. & Commiſſ. p. 1. lib. 5. per tot.* licet enim vel ad informationem Senatus fuerit exquiſita depoſitio teſtium, hæc tamen in judicio tanquam probatio non poteſt applicari, BALDUS *ad l. 3. ff. de condict. ob turpem cauſam*, vel per modum ſpecialis inquiſitionis fuerit adornata, itidem hæ ſolennitates fuiſſent requiſitæ, prout in caſu ſimili decidit *ex Innocent. Andr. Iſern. Abbate aliisque* GIPHANIUS *in Conſil. Altorff. 96. n. 3. & ſqq.* Hiernächſt und 2.) die Cauſa principalis von einem Zufall redet, der zwar nach denen principiis phyſicis, wie oben ex COLUMELLA & PLINIO davon Anregung gethan worden, nicht unmüglich, aber doch gar ſeltſam und ungewöhnlich; Licet enim, ait FREHERUS *in ſup. allegato Conſ. Altorff. 116. n. 17.* ex illa fœni corruptione incendium per rerum naturam fieri poſſet, tamen hoc non eſt de illis, quæ perpetuo & neceſſario fieri ſolent, & ſic magis pro fortuito judicandum, quale fere, quod JOH. BERBER. *in ſua pract. p. 1. t. 22. de incend.* refert, *num. 3.* & ibi allegati, ſicque veniam meretur *l. pen. ff. de incend. ruin. naufr. rate, nave* &c. & ſi fiat, imputatur fortunæ, dictum incendium enim, quod raro contingit, & inſolitus caſus, culpæ non annumeratur, BALD. *in L. 1. depoſ.* Anbey 3.) hier zumahlen noch nicht plene und unwiederſprechlich

 erwie-

Digitized by Google

erwieſen iſt, daß nehmlich præciſè von dieſem verdorbenem Grummad gantz allein, und ohne Zuſatz von einem dermahlen noch unbekannten accidenti der Brand ausgekommen, dergleichen auf vielerley Art geſchehen können, ohnwohlen dieſes verfaulte Heu alsdann deſto leichter Feuer gefaßt haben mag. Cauſa ſiquidem cauſæ, in eſſe abſolute conſideratæ non eſt cauſa cauſati, niſi illa etiam jam cauſa ſit, cur hæc agat, & quamvis culpa ab aliquo admiſſa ſit, ſi tamen damnum duntaxat per accidens ex illa ſequatur, illius reus de hoc damno non teneatur. *L. 11. §. 1. L. 44. §. 1. L. 45. pr. L. 29. §. 7. L. 30. §. fin. ff. ad L. Aquil.* FREHER *in dict. Conſ. Altorff. 116. n. 15.* LUBLER *de incend. c 2. n. 138. Medices de caſib. fortuit: Lib. 1. n. 14.* Weilen nun auſſer dieſem, daß der Brand von dieſem Grummad hergekommen und deſſen Näße die eintzige Schuld daran ſeye, weder dem Keller noch dem Boden-Knecht. 4.) Imputiret worden, maſſen, was der N. N. von der Kellerin, *Act. n. 13.* ausgeſagt, daß ſie den 1. Advent mit einem brennenden Licht in der Laternen in die gedachte Grummath-Scheuren gegangen, er in Act. n. 29. mit reuendem Gemüth widerſpricht. So iſt nur dieſe Frage zu erörtern, ob und welche culpam ſie beede hierinnen begangen, und wie ferne ſie dardurch ſeyen graviret worden, da dann 5.) dieſes voraus zu ſetzen, daß, wie ein jeder, alſo beſonders ein in Pflichten ſtehender Bediente vor einen fleißigen Haus-Vatter gehalten, und, wann er in einem Amt-Haus wohnet, ſonderlich wohl auf Feuer und Licht acht zu haben, præſumiret werde, ex eo enim, quod quilibet domum inhabitans ſoleat eſſe diligens, illa contra quemcunque ædium inhabitatorem militans culpæ præſumtio potenter retunditur, CÆPOLLA *in Conſ. 69. n. 5.* FARINAC. *qu. crim. 110. n. 78.* MENOCH. *de arbitr. Jud. qu. lib. 2. caſ. 39. n. 18.* FRITSCH. *in Conſ. 9. n. 51.* Dahero fällt 6.) der Beweiß, daß hierinnen eine Culpa begangen worden, auf denjenigen, der es aſſerirt, und ſeine Klage darinnen gründet, quod enim ab illo, qui ſe vel in culpa omiſſionis vel commiſſionis fundat, illam probare debeat, & quidem concludenter, ſpecifice, certo & limitate, *l. 51. ff. pro ſoc l. 3. §. 7. ff. de re milit.* PRUCKMANN *lib. 1. Conſ. 41. n. 21. 22.* HEESER *de ration. redd. loc. 10. n. 86.* MEDICES *de caſibus fortuit. p. 1. q. 9. n. 5.* Doch dergeſtalten, daß 7.) von ſolchen

Be-

Hiſce ex cauſis & pluribus aliis non recenſitis oriri, & oriri poſſe incendia, extra dubitationis aleam eſt poſitum, & in eo nunc maxima controvertitur quæſtio, cuinam eventui vel culpoſo vel fortuito ejusmodi incendia accenſenda veniant. Appoſite reſpondet PHIL. MATTHÆUS *ad L. 23. ff. de reg. Jur.* quod incendium reſpectu illius, qui culpa plane incognita vacat, ſit caſus fortuitus, reſpectu illius, cujus culpa factum eſt, id caſibus fortuitis annumerari non poteſt. Supponamus itaque caſum & eum rei eventum, qui nulla humana diligentia vel prudentia ab eo, cui imputatur, præcaveri potuit, nulli dubitamus, quin caſus ſit mere fortuitus, & tunc omnino regula ſuas nanciſcitur vires, quod caſum fortuitum nemo præſtet, neque ullus unquam eapropter conveniri poſſit, *per L. 5. §. 4. ff. Commod. L. 1. C. eod. L. 23. in fine. ff. de reg. Jur.* ſed ad dominum rei pertineat, cum res unaquæque pereat ſuo domino, *L. 9. C. de pign. act.* & nemo poſſit obligari de his, quæ non ſunt in ſua poteſtate, per *L. 35. in princ. & 69. ff. de verb. obligat.* neque ulla impoſſibilium ſit obligatio, per *L. 31. & 185. ff. de regul. Jur. & cap. 6. de regul. Jur. in 6to.* fatali autem caſui reſiſtere, humanæ infirmitati poſſibile dici nequit, *L. 1. §. 4. ff. de obl. & Act.* id quod in ſpecie applicant FREHERUS *in Conſ. Altorff. 116. n. 16.* & GIPHAN. *in Conſ. Altorff. 96.* LUBLER *de incend c. 2. num. 27. & mult. ſeqq.* ZIEGLER *in Diſcept. Select. Them. 15. de caſu fortuito th. 6.* STRYK *de incendio caſuali poſ. 7.* BESOLD *de Caſib. fortuit. cap. 13. ſect. 1. per tot.* Sed ſi ſupponamus noſtros caſus, certe plerumque erunt culpoſi. Si enim in genere culpæ eſt reus, qui non facit id, quod alii faciunt, vel facere adſolent, SURDUS *in Deciſ. 84. n. 4.* GOEDDEUS *in Conſil. Marpurg. Vol. 4. Conſ. 57. num. 50.* Si lata eſt culpa, non intelligere, vel non facere ea, quæ omnes, vel major pars intelligit, aut facit, *L. 213. §. fin. L. 223. ff. de verb. ſignif.* RIMINALD JUN. *in Conſ. 398. n. 22.* vel non prævidere illud, quod alius vir prudens & circumſpectus facile prævidiſſet, *L. 31. ad L. Aquil.* NIGER CYRIAC. *Cont. 166. n. 30.* Si culpa eſt, illud, quod omnes communiter evitant, non evitare, HEESER *in Tract. de rat. reddend. Loc. 10. n. 28. & ſeqq.* vel non inquirere in ea, in quæ debuiſſet

Digitized by Google

buiſſet & facile potuiſſet inquirere, FELICIUS *de Societ. c. 21. n. 84.* CRAVETTA *C. 115. n. 3.* vel non declinare damnum, quod facile valuiſſet removere, CRAVETTA *C. 573. n. 7.* D. D. HARPPR. *in Conſ. 7. n. 179.* & *Vol. nov. C. 30. num. 259.* & *ſeqq.* vel non facere ea, quæ ſecundum conſuetudinem & mores regionis, in qua habitat, quæ quippe à culpa non raro excuſant. diſponere, curare, & peragere debuiſſet, arg. *L 17. §. 12. de ædil. Edict. L. 3. princ. ad SCt. Maced.* MASCARD. *de probat. Concl. 467. n. 21.* RAUCHBAHR *in P. 2. qu. 10. n. 63.* D. D. SCHOEPFF *in Dec. 234. n. 13.* Certè vix ſe liberabit à culpa, ejusque præſtatione, qui debitam diligentiam non adhibuit, vel, cum præcavere potuiſſet, provida cura non avertit, quod averti poteſt; Sic eundo per caſus præfatos, & in ſpecie incendii ex fœno orti (quanquam GIPHANIUS & FREHERUS allegati, caſui fortuito hæc tribuant, notati ideo à STRYK *de incend. Caſ. poſ. 5. n. 4.*) à culpa non immunis eſt, qui præponit huic operi ruſtico homines rei agrariæ imperitos, negligentes, incautos, labori vel numero vel viribus non ſufficientes, vel laborantes quoque non inviſit, examinaturus, an omnia ex mandato peragant, & debite procedant. Sic peccat qui, quantum poſſibile, opportunum tempus demetendi fœni vel negligit, vel non eligit, ſed tempore pluvioſo, incongruo, & minus apto ſecandum curat, neque conditionem, ſitum & qualitates pratorum attendit & proſpicit. Sic peccat porro, qui ſectum fœnum in pratis non diſpergit ſatis, neque ad oppoſitum ſolis convertit, ſed in metas, easque minores, diſponit, has forte irrigatas non diſlocat, non radiis ſolis exponit, è contra per nimis longum tempus in pratis intactas relinquit, usque dum & ibi jam computreſcere incipiant, & fomitem incendii originarium & primum capiant. Peccat inſuper, qui fœnum ſic male conditionatum fœnili includit, loco non perflabili, & forſan in quantitate tanta, ut moles ipſa minetur aliquid periculi, peccat etiam, qui repoſitum fœnum ulterius vel plane non, vel non convertendum curat, maxime, ſi fœtor gravis ipſe eructatus ipſum moneat ſui officii, vel vicini eundem ex olfactu certiorem de fœno putrido reddant; peccat, qui ſub tecto non bene vel tegulis vel valvis munito, ſed pluviis & imbribus patente idem aſſervat, ut ne quidem in ſuo repoſitorio exſiccandi occaſionem

Digitized by Google

nem conſequatur, ſed putredo jam inhærens quotidie augeatur, & primo quoque momento erumpere poſſit; Ita peccat, ſi verum eſt, quod de ferri adjacentia diximus, qui raſtra, furcas, aliaque inſtrumenta agriculturæ ferrea in fœno reponit, repoſita non tulit, vel fœnile non ita claudit, ut alii tale quid ibidem reponere nequeant, neque cuivis acceſſus ad fœnile facilis & obvius eſſe debet. Nec non is peccat, qui fœnile in villa, vel prope villam vel ſub hypocauſtis hoc modo exſtructum vel habet, & hujusmodi corrupto fœno onerat, vel extruendum ita curat, ut in caſu improviſo quoque hujusmodi incendia latius poſſint ſerpere; Hinc monet VITRUVIUS *libr. 6. cap. 9. Horrea fœnilia, farraria, piſtrina extra villam facienda, ut ab ignis periculo ſint villæ tutiores*, & notabilis eſt Lex *11. §. ult. ff. Locat.* ubi talis lex conductionis inter locatorem & conductorem proponitur, ne in illa urbana fœnum componeretur. Quorſum commode noſtro in Ducatu referri poſſunt variæ diſpoſitiones contentæ in ORDIN. ÆDIL. *pag. 25.* §. Und fürnehmlich ꝛc. *pag. 45.* §. Es ſoll auch ꝛc. & §. Es ſollen auch ꝛc. *p. 56.* Tit. von Kimmeter und Rauchfängen ꝛc. & *pag. 59.* Tit. von neuen Bach-Wäſch-Häffner und andern der Hantwercks-Leuth Oefen und Feuerſtätten ꝛc. Sic quoad reliquos Caſus recenſitos ex ipſo facto culpa elucet, longius itaque abeſt, ut pro caſibus fortuitis venditare poſſimus, imo potius ratione ejus, qui damno cauſam dedit, ſunt culpoſa incendia, ideoque reſarcienda.

§. 16.

Inde autem Duo] reſultant membra, quæ prius probanda veniunt, quam ea de re aliquis moleſtari queat, & quidem

PRIMO revera & actualiter ex hac, & non ex alia quavis cauſa incendium fuiſſe exortum, nquidem quæſtio imputationis tum demum exſurgit, & locum habet, quando de ortu incendii conſtat, neque quis ad emendationem damni vel pœnam ante debet teneri, quam ſi ignem ortum ſuum habuiſſe conſtiterit, GRAMMAT. *Dec. 3. n. 7.* SEBAST. MEDIC. *de Caſ. fortuit. qu. 7. n. 14.* STAMM. *de ſerv. perſ. lib. 2. cap. 17. num. 10.* Dn. LAUTERB. *in Vol. 3.* & D. D. SCHWEDER *in Vol. 6.* & D. D. SCHOEPFF *in Vol. 8. Conſ. jam allegatis*, ſed in hoc plerumque deficit omnis probatio, jus tamen eo ipſo

ipſo deficere non debet, & indubitati juris eſt, quod, qui fundamentum actionis in eo ponit, idem quoque ante omnia debeat probare, per *§. 4. Inſt. de legat. L. 2. ff. & C. de probat.* CARD. DE LUCA *in Theatr. Ver. Diſc. 8. de loc. n. 2.* ita, ut non ſolum teſtes, ſed etiam præſumptiones & conjecturæ admittantur, quæ quippe in omnibus caſibus obſcuris & ambiguis non minimam vim habent, & inprimis in materia incendiorum applicari debent & poſſunt, CARDIN. DE LUCA *in Theatr. Verit. de Loc. Diſc. 9. n. 3.* BALDUS *Vol. 2. Conſ. 174.* LUBLER. *de incend. c. 3. n. 12. & ſeqq.* MEV. *p. 7. Dec. 257.* quarum non paucas ſuperius in Conſilio Gieſſenſi retulimus.

SECUNDO autem in eo magna eſt diſceptatio, an actor culpam, vel reus caſum fortuitum probare debeat, & in eo præcedentiæ controverſia eſt maxima, circa quam quoque noſtrates mirum in modum ſe torquent & contorquent. Alii enim indiſtincte probationem culpæ injungunt illi, qui eandem allegat, arg. *L. 18. §. 1. de probat. L. 6. C. dolo mal.* GAIL *L. 2. obſ. 21. n. 3.* MENOCH. *de arbitr. Jud. Quæſt. L. 2. c. 390.* STRYK *in uſ. mod. ad tit. de offic. præfect. vigil. §. 2.* STAMM. *de ſervit. perſon. L. 2. cap. 17. §. 12. & ſqq.* FINCKELTHAUS. *in obſ. pract. obſ. 89. per tot.* ubi rationes & authoritates pro & contra longo agmine adduxit. BOECLER *de incendio in domo conducta exorto, §. 1. 3.* JOH. CAR. ERNST. *de eo quod juſtum eſt circa incendia §. 20.* HAHN *ad* WESENBEC. *Tit. de offic. præf. vigil.* STRUV. *Syntagm. J. C. Exerc. 23. th. 96.* THEODORIC. *in Coll. Crim. Diſp. 11. th. 14.* Alii autem contrariam defendunt ſententiam, & ſuſtinent, quod probatio incumbat ei, qui ſuam ſuorumque culpam abfuiſſe, adeoque merum caſum fortuitum interceſſiſſe contendit, maxime moti, per *L. 3. §. 1. de offic. præf. vigil.* in qua JCtus PAULUS affirmat, *incendia plerumque fieri culpa inhabitantium*, adeoque probato aliquo incendio fundatam eſſe intentionem damnum paſſi contra inhabitantes, niſi probent absque ſua culpa incendium fuiſſe exortum, MOLLER *L. 4. ſemeſtr. c. 31. in princ. & n. 1. & 3.* LUBLER *de incend. c. 4. n. 19.* FACHINÆUS *lib. 1. Controv. c. 87.* GRÆV. *ad* GAIL. *lib. 1. obſ. 21. Conſil. 1.* VINNIUS *lib. 1. ſelect. qu. 33.* CARPZ. *in Qu. Crim. 39. n. 62. & ſqq.* Deinde quoque adducunt *L. 11. ff. de peric. & comm. rei vend.* ubi dicitur: Incendium quidem regulariter absque culpa non fieri, & plerumque culpa inhabitantium: Sed non ſtatim patremfamilias eſſe condemnandum, qui ſi diligentiam adhibuit,

F non

non tenetur, ergo tenetur, ſi non habuit, & hoc eſt, quod probare debet, quia in culpa eſſe tamdiu præſumitur, donec probetur contrarium, ad quam tamen reſponderunt BRUNNEMAN. *ad h. leg.* STAMM *de ſerv. perſon. c. 15. n. 25.* MENCKEN *de Convent. circa præſt. caſ. fort. th. 43.* TITIUS *in Jur. priv. Rom. Germ. lib. 5. c. 6. §. 7. & 8.* aliique à FINCKELTHUS. *l. c. alleg.* Alii denique tertiam amplectuntur ſententiam, dicentes non præſumi quidem culpam patrisfamilias, gravari tamen eundem, ut doceat, diligentiam debitam à ſe adhibitam, arg. *d. L. 11. in fine ff. de per. & comm. rei vend.* SEBAST. MED. *de Caſib. fortuit P. 1. Qu. 10. n 9* JOH. à SANDE *Decіſ. Friſ. lib. 3. tit. 6. Def. 10.* ZIEGLER *in Diſc. ſelect. th. 15. de caſu fort. th. 38.* Tanta in ſententiarum diverſitate difficile eſt dicere:

Elige, cui dicas; tu mihi ſola places:

Præſtat itaque, cum communi Doctorum turba caſus ſejungere, & pro caſuum diverſitate regulas adaptare. Scilicet dantur negotia & officia, dantur caſus, ubi quis ad exactam diligentiam tenetur, & alia, ubi alter ne hac quidem eſt contentus, ſed exactiſſimam diligentiam & vigilantiam expoſcit, & qualem HEINECCIUS *in Element. Jur. Civ. Sec. Ord. Pand. ad Tit. Commod. th. 116.* ſub perſona Euclionis apud Plautum ſiſtit. In illis igitur negotiis, in quibus media, imo minor quoque diligentia ſufficit, actor culpam, ſeu, quod damnum e. g. per incendium datum ex Rei præcedente vel concomitante negligentia ſive culpa illatum ſit, demonſtrare tenetur, adeo, ut hac non demonſtrata Reus definitive debeat abſolvi, nec generalis illa præſumptio, quod culpa inhabitantium plerumque fiant incendia, aliquid operatur, quippe nimis vaga, neque ad certam perſonam reſtricta, & ſpecialiori cedens præſumptioni, quod quilibet tamdiu induſtrius & cautus præſumatur, donec contrarium probetur. MEV. *ad Jus Lubec. P. 3. t. 8. art. 1. n. 20. & P. 8. Dec. 34. n. 3. & Dec. 483. n. 5.* GOSWIN AB ESBACH *ad Carpz. P. 2. C. 2. Def. for. 19. & lib. 5. Reſp.* EXCELL. D. COLLEGA NOSTER D. SCHÖPFF *in Vol. 8. Conſ. Tub. 61. n. 40.* ILLUSTR. WERNHER *in ſelect. obſerv. For. P. 1. obſ. 200* ubi duo, & *in ſupplem. nov. ad hanc part. p. 206.* ubi plura annexit præjudicia, ILL. DE BERGER *in Oecon. Jur. lib. 3. tit. 9. th. 12. not. 2. p. 789.* In illis vero caſibus ubi exactiſſima requiritur diligentia, diſtingui ſolet, utrum caſus ita ſit comparatus, ut ille plerumque ex præcedenti aliqua culpa committi ſoleat, quorſum commode

hujus-

Digitized by Google

hujusmodi incendia retuleris, nec ne, & in illis omnino hæc regula obſervatur, quod Reus probare debeat ſe omnem etiam ſummam diligentiam in illis rebus adhibuiſſe. SEBAST. MEDICES *de caſ. fort. P. 2. Qu. 7. n. 9. & 10.* CYRIACUS, ROL. à VALLE *Vol. 2. Conſ. 95. n. 26.* MEVIUS *aliique allegati ab* D. D. HARPPR. *in Diſp. de Jur. aurig. circa cont. th. 27.* quia præſumptio, quam hoc incendium culpoſum progenerat, onus probandæ diligentiæ in ipſum devolvit. STRYK *D. de incendio caſuali poſ. 6. n. 7.*

§. 17.

His ex præmiſſis facile pateſcit, dari minorem, dari majorem negligentiam & culpam, imo colliſionem quoque majoris cum minori, poſterioris cum priori, gradum autem definire velle, plane ultra ſphæram humanam videtur mihi eſſe poſitum. Quamvis enim noto ſit notius, quod noſtri Interpretes Juris ad religionem Judicis informandam tres conſtituerint culpæ gradus, latam, ſcilicet, levem & leviſſimam, LAUTERB. *in Coll. Theor. pract. ad Tit. Commod. th. 27. & ſeqq. ibique plures allegati*, hanc tamen diviſionem meliori Jure alii impugnarunt, & arbitrio Judicis rem omnem in dijudicanda culpa reliquerunt, & quidem meo tenui judicio, tutius. Cum enim culpa in hominum actibus certis terminis circumſcribi nequeat, & pro re nata ex circumſtantiis & qualitate facti æſtimandum ſit, quænam illarum magis ſit aggravans altera, certe infinita diverſitas apparebit, & impoſſibile mihi videtur, cancellos culpæ hujus vel illius ita accurate determinare, ut non ad fines alterutrius accedat gradus, imo decem & plures intermedios gradus non ſine carnificina mentis ponere deberemus, quibus tamen rite ponderatis plus non efficimus, quam graduum commemoratione omiſſa, quæ tamen ſemper eſt & erit incertiſſima, neque eam & tam inſignem affert utilitatem, quam venditant, qui inhærent huic opinioni, prout eandem ſententiam nobiscum tenent RÆVARDUS *ad L. 23. ff. de Reg. Jur.* DONELLUS ENUCLEATUS AB HILLIGERO *in Comment. L. 16. c. 7. & in not. per tot.* STRUV. *in Syntagm. Jurispr. Exerc. 19. th 41. & in Jurispr. Rom. Germ. for. L. 2. tit. 3. aphor. 14. & ſeqq.* NICOL. BRRGUNDUS *in Comm. de peric. & culpis in contract. c. 1. n. 7.* Et licet in nonnullis contractibus & negotiis præ aliis requiratur diligentia. ut in commodato, *L. 5. §. 2. L. 18. pr. ff. Commod. §. 2. inſtit. quib. mod. re contr. oblig.*

 in

in opera locata *L. 25. §. 7. ff. loc. Cond.* aliisque; non tamen eapropter peculiares gradus & limites ſtatuendi ſunt, ſed ſufficit ſcire, quod modo major, modo minor diligentia requiratur, & ſic modo laxior, modo ſtrictior ſit obligatio ad culpam præſtandam, cum certo ſit certius, quod in omni omnino contractu diligentiam, modo majorem modo minorem, leges deſiderent. Quænam vero ſit ratio, quod modo major, modo minor diligentia, porro, alia in reſpectu ad perſonam, quæ præſtat, & in concreto appellatur, alia ſimpliciter ſpectata præſtanda veniat, non una poteſt dari ratio ex natura partim negotii, partim ejus, qui expetit officium, & qui ſibimet ipſi imputare debet, quod diligentiorem, circumſpectiorem & vigilantiorem non aſſumpſerit, neque proinde iterum ad gradus aliquot, ut dilabamur, neceſſe eſt, qui tamen præciſe & in abſtracto vix conſiderari, vel per pondus & menſuram diſpenſari poſſunt; per *L. 23. ff. de Reg. Jur. §. fin. Inſtit. de ſociet. L. 52. & 72. §. 2. pro Soc.* STRUV. *in Deciſ. Sabbathin. cap. 5. Dec. ult.* Hinc optime THOMASIUS *in Diſſertatione de culparum præſt. in contract. Res ipſa,* inquit, *de qua agitur, partim propter infinitam circumſtantiarum varietatem, partim propter maxime vagas & fluctuantes doli, culpæ, latæ, levis & leviſſimæ, item caſus, ideas, non poteſt exactis & perſpicuis regulis includi, ex quibus caſus obvenientes palpabiliter dijudicari queunt, ſed ubique prudentia hic eſt opus, eruendi iſtas circumſtantias, & poſtea communia principia, vel æquitatis naturalis, vel etiam Juris Civilis, ſpeciales diſpoſitiones applicandi; At prudentia non poteſt regulis exacte definiri & includi.* Longe vero abſit a nobis, & longius, ut ſanctam inviolabilitatem opinionum receptarum violemus, cum quibus lubentiſſime navigamus, quamdiu nobis hunc curſum tenere injunctum eſt, neque ulli imponimus neceſſitatem noſtra in caſtra transeundi. Interim conflictum, majorem inter & minorem, poſteriorem & priorem culpam decidere, non minoris eſt momenti. Puto plures interdum in reatu hærere poſſe, magis tamen hunc eſſe gravatum, qui culpam poſteriorem & ultimam committit, quæ ipſi non poteſt non imputari, ſiquidem hæc demum fuit cauſa ad hunc caſum proxima & ordinata, & quæ ſubſequens abſorpſit præcedentem. Ut enim alicui poſſit culpa vel caſus imputari, requiritur, ut caſus ille propterea ſecutus ſit, quia illa præceſſit, ſive ut factum aliquod vel immediate vel mediate quidem, ſed tamen per ſe & non ſaltem per accidens iſti Caſui cauſam

dederit,

dederit, LAUTERB. *in Coll. Theor. pract. ad Leg. Aquil. tb.* 11. HOPPIUS *in Comment. Inſtit.* §. 3. *d. L. Aquil.* atque ita, uti noſtrates paſſim de his loqui amant, ut illius Caſus cauſa quaſi finalis ſit, DECIANUS *Vol. 4. Reſp. 7. n. 23.* GOEDDEUS *in Conſ. Marpurg. Vol. 1. Reſp. 24. n. 113.* *D. D.* HARPP. *in Conſ. 88. n. 162. & ſeqq.* *D. D.* SCHÖPFF *in Dec. 18 n. 23. & Dec. 234. n. 23. & Dec. 362. n. 2. & Dec. 315. per tot.* Pariter par quidem culpa cum pari, ſed major cum minori nunquam in compenſationem venit, PACIANUS *de probat. L. 1. cap. 59. n. 15.* HEESER *de rat. redd. Loc. 10. n. 179.* & quando a pluribus commiſſa eſt culpa, tunc nocet ultima, *arg. Leg. 17. ff. de peric. & comm. rei vend.* MEV. *P. 2. Dec, 202. n. 4.* HEESER *de acqu. Conjug. P. 1. Loc. 10. n. 185.* *D. D.* HARPP. *Reſp. 93. n. 65.* modo ſciverit vel ſcire potuerit & debuerit, tale quid fieri, ex quo facile & immediate oriri poſſit damnum, JOH. A SANDE *libr. 2. tit. 3. Dec. Friſ. 24.* Sed & hic caſus omnes ita figurare velle, ut hon mille modis variare queant, omnem poſſibilitatem ſuperat.

§. 18.

Plures nunc Quæſtiones in medium afferri poſſent, quas vero ubivis quippe obvias, ſicco pede prӕterimus, contenti, ab omnibus & plene eſſe pertractatas. Unum hoc nos detinet, quod *Ill.* LEYSERUS *in ſpec. ad Pandect. 47. med. 9. & ſpec. 113. med. 1. & in Corollar. 2. ſpec. 541.* relative, ubique deciſive, & ſine ulla reſtrictione & limitatione affert, quod paterfamilias de incendio, quod familia ejus in negotiis ipſius expediendis occupata excitavit, reſpondere non debeat, id quod 1.) ex æquitate & naturali ratione probare ſatagit, quæ delictum alienum innocenti, etſi is delicto illi, ſine dolo tamen vel culpa ſua, occaſionem dederit, non imputat. 2.) ex Jure Romano, & quidem *L. 11. ff. de peric. & commodo rei vend.* quæ patremfamilias ex cauſa incendii conventum excuſat, quia ſine ipſius culpa fieri potuit, & ex ſervorum negligentia dominus in culpa eſſe non debeat; cui addit *L. 11. §. 2. ff. de public.* ubi domino navis mercibus ab aliis illicite impoſitis onuſta non adimitur, ſed reſtituitur, adeoque ex facto tertii non onerandus judicatur. 3.) adducit SPECULUM SAXONICUM, quod *lib. 2. artic. 32.* diſponit. Es ſey kein Mann vor ſein freyen Diener oder Knecht pflichtig weiter zu antwortten, dann nur als fern ſein Lohn wehrt wäre, dann ſein Bürge. 4.) in partes

tes citat non ipſam ſolum *Conſtitutionem Saxonicam 79* quam *ſuæ obſervationi 89.* inſeruit FINCKELTHUSIUS, ſed & ad hanc commentantem PHILIPPI, qui etiam *in uſu pract. Inſtit. Lib. 4. tit. 3. §. 13. Ecloga 17. per tot.* ſimilia affert, & denique 5.) provocat ad præjudicia; quorum aliqua laudatus PHILIPPI d. l. addidit. Niſi me omnia fallunt, vix credo, Illuſtrem Virum adeo effuſe, prout verba jacent, ſentire voluiſſe, ſed ſubticuiſſe quædam, aut potius non exprimere voluiſſe mentem diſtinctius, contentum, a quolibet ſubintelligenda poſſe ſuppleri. Uti mihi videtur, illa ſententia dura nimis, quæ dominum delicto ſervi quaſi ſubjugat, & ex hujus facto ipſum pro obligato venditat, cujus ſententiæ patronos adducit STRYK *in Uſu Mod. ad tit. de noxal. action. §. 5.* Ita mihi videtur & illa ſententia plane inhumana, dominum ſemper & ubique in culpis famulorum liberans. Media ergo ſententia tutior, quæ eo tendit, ut paterfamilias quidem regulariter, ex delicto vel culpa famuli gravari non debeat, per L. *33. §. 1. C. de Inoff. teſtam.* GAIL. *lib. 2. obſ. 21.* MEV. *ad Jus Lubec. p. 3. tit. 8. art. 2. n. 27. & 30.* Sed ſi Dominus negligentiam in eligendo, & famulus in negotio expediendo eandem admiſerit, quod tunc & ille poſſit conveniri, hoc vero non aliter, quam ſi hæc utraque requiſita concurrant, adeo, ut ſi ex alterutra tantum parte appareat defectus, & ſi Dominus culpam in eligendo nullam admiſerit, ex facto ſervi quoque plane non poſſit pulſari, uti poſt plures pluribus evicerunt GOSWIN AB ESBACH *p. 4. C. 17. Deſ. 14.* STRAUSS *in Diſſ. de obligat. patrisfamil. in cujus ædib. incend. exort. §. 13. &* D. D. HARPPR. *in Conſ. 88. per tot. inprimis n. 243. & ſeqq. mult. L. B. de* LYNCKER *in Cent. 7. Reſolut. 607.* GRAVE *in Sylloge Aſſert. ex Jur. Civ. Canon. &c. deprompt. Aſſert. 2.* Neque obſtare puto, allegatas Juris naturalis, Romani, & Saxonici Leges, quæ omnes de theſi, quod pro alio nemo teneatur, loquuntur, neutiquam vero caſum eximunt, quando quis in culpa verſatur, & tali, quæ proxime ordinata eſt ad hujusmodi infortunium, & hoc ipſe quoque SAXONICUS LLATOR *in dict. Deciſ. 79.* agnovit, in caſu, ubi Dominus præmonitus correctionem omittit, omnia alia diſponens.

§. 19.

Claudendi tandem forent rivi, niſi e re eſſet, coronidis loco aliqua de cura ignis monere. Ante omnia veniunt commendandæ ordi-

ordinationes, antea, & præmeditato, ſerena tranquillaque mente, confectæ, quæ tum temporis, cum conſternationi aliquid dandum eſt, facili negotio intelligi, & obſervari poſſunt. Laudabilis eſt conatus noſtri Senatus Academici & Oppidani, quod in tempore pacis bella meditentur, & ſe præparent ad futuros ictus, diſponendo, ordinando & coëmendo inſtrumenta publicis his calamitatibus obviam euntia. Extat hanc in rem in *Ordinat. Provinc. Wurtemberg. Tit.* 88. von Brünſten qui generalia tantum continet, ſpecialibus meditationi cujuscunque Senatus relictis. Imo in *A.* 1703. excuſa legitur particularis *Ordinatio* Feuer Ordnung/ quæ *in A.* 1716. & 1718. per *Reſcripta generalia* repetita, & exactiſſimæ obſervationi commendata fuit. Proſtant aliorum locorum Ordinationes multæ, ex quarum una, ſcilicet Megapolitana, non inutilia affert LINDENSPÜHR *in Comment. ad h. Tit. p.* 287. & laud. FRIEDLIEB ſuo tractatui de *Igne nocente* (in quo tamen *Ill.* LEYSER *in ſpecim. ad Pand.* 541. *med.* 6. nihil lectu dignum obſervaſſe queritur) adjecit; Kurtzen Entwürff, einer unmaßgeblichen jeden Orths Gelegenheit nach zu verbeſſern- zu vermehren- und nach Belieben zu veranlaſſenden Feuer Ordnung, quanquam habito reſpectu ad variam ſituationem loci, hominum, civium, aliasque circumſtantias modo hæc, modo alia, admonenda ſunt. Sic in eleganti Diſſertatione Altorffina ſub Præſidio *E. D. D.* DEINLINI *de ſingul. cuſtodiend. ignium Cura & inſpect.* ad varias Ordinationes incendiarias provocatur, & in ea fit mentio *Viennenſis de A.* 1666 *Norimbergenſis de A.* 1698. *Wratislavienſis de A.* 1578. *Zwikavienſis de A.* 1678. *Palatinæ, Bavaricæ* aliarumque, quas etiam STRYK *in Diſp. de Jure furnorum* allegavit; nec non plures occurrunt laudatæ à SPECKHUN *d. tr. m.* 1, *c.* 2. *§.* 2. *n.* 19. *ſeqq.*

§. 20.

Cura autem circa ignem, ut verbis *Leyſerianis* utar, quatuor complectitur, ſollicitudinem nempe de incendiis 1.) præcavendis, per *L.* 3. *§.* 4. *de offic. præfecti vig.*: 2.) arcendis per *L.* 7. *§.* 4. *quod vi aut clam.* 3.) reſtinguendis, L. 1. ff. de off. præf. vigil.: 4.) puniendis *L.* 4. *ff. eodem.* Singula capita perluſtrare paucis non erit fruſtraneum, & quidem, quod PRIMUM attinet, videamus Romanos, qui non antiquioribus ſolum temporibus certis perſonis, familiis, cohortibus curam ignis demandarunt, ſed etiam præpoſuerunt eis

poſtea

poſtea præfectum vigilum, qui per totam noctem vigilare, & calceatus cum dolabris & hamis oberrare debuit, *L. 2. §. 31. ff. de orig. Jur.* & *tot. titul. ff.* & *Codic. de offic. præfect. vigil.* inprimis *L. 3. §. 4. eod.* cujus collegii cum membris œconomiam latius deſcripſerunt ROSINUS *in Antiquitat. Rom. lib. 7. cap. 34.* Laud. D. D. DEINLINUS *in d. Diſſ. Sect. 1. §. 4. 7. 8.* & *9.* qui in *Sect. 2. §. 2.* hanc curioſam addit notam, quod olim in Imperio Romano, Reichs-Erb-Feuer-Herrn, fuerint conſtituti, qui officio dem Reichs-Feuer-Ambt præfecti & quod in familia de Pleſſe diu ſubſtitit. GEORG EBERLINUS *Comment. ad Tit. de orig. Jur. cap. 33. per tot.*. GUNDLING *in Comment. ad Digeſta*, & fere omnes *Commentatores* ad eadem occaſione hujus tituli aliquid attulerunt, add. LUBLER *de Incend. c. 6.* SPECKHUN *in tract. ſæpius citato c. 2. §. 5.* & *c. 3. §. 6.* SLEVOGT *de incend. pag. 11.* & *ſeqq.* FRIEDLIEB *d. l cap. 7. per tot.* Hæc omnia, ſi velimus ad noſtrum ſtatum applicare, non quidem eo ordine, ſed tamen eadem ſolicitudine obſervantur, & maxima in eo conſpicitur præcautio, dum quotannis bis inſpectio ocularis inſtituitur, eine Feuerſchau, dictante ita ORDIN. ÆDILITIA *p. 7.* & *8. §.* Es ſollen, & locis *ſupra §. 15.* allegat: quibus addatur ORDIN. PROVINC. *Tit. 85. §. 2. p. 180.* ibique LINDENSPUHR *in not. p. 276.* & inquiritur, annon objecta, ad ignem concipiendum alendumque capacia, locis minus tutis, & periculoſe extructis, poſita, vel ſuſpenſa ſint, vid. *D. D.* DEINLIN. *in dict. Diſp. Sect. 2. §. 6. 7.* & *8.* & STRYK *de Jur ſurn. cap. 4. n. 71.* Quorſum omnino pertinent, quæ Sereniſſimus LLATOR in *ordinat.* ÆDILIT. *p. 56. 57. 58. 59.* von den Kemmetern und Rauchfängen, item von neuen Bach- Wäſch- Haffner- und andern der Landwercks Leuth Oeffen und Feuerſtätten, diſpoſuit, & purgatoribus caminorum ſpecialis ordinatio præſcripta cernitur, in qua non diligens ſolum eorum purgatio, ſed & viſitatio injungitur, ne quid lignei ibi lateat, vel aliud quid, quod poſſit igni præbere, vel fomitem, vel alimentum: Eandem curam gerunt, vigilum cohortes, die Schaar-Wächter, & vigiles nocturni, tam in turribus & portis Civitatum, quam horarum præcones, ut invigilent, & ſicubi periculum animadverterint, indicent, vid. SPECKHUN *d. tr. membr. 1. c. 2. n. 68.* & *ſeqq.* Coortis incendiis, de iis vel arcendis vel extinguendis cogitandum eſt, quod SECUNDUM & TERTIUM diximus. Utrumque eſt neceſſarium, & utrumque requirit inſtrumenta, quæ paulisper tangemus,

Digitized by Google

tangemus, prælibata prius quæſtione, de demolitione ædium flammæ avertendæ ergo, ſatis intricata, quam non niſi ULPIANUS ipſe conditor LL. ſibi invicem adverſari viſarum decidat oportet: Is enim in *L.49. §.1. ff. ad L. Aquil.* CELSUM in ſuam collocat partem, & ſtatuit, quod in eo, qui incendii arcendi cauſa vicinas ædes intercidit, ceſſet Legis Aquiliæ actio, quia fuerit juſto metu ductus, ne ad ſe ignis perveniret, idque, ſive ignis ad ipſum pervenerit, nec ne; Gemina his tradit *in L.3. §.7. ff. de incend. ruina, naufr. rate nave expugn.* & eo in caſu, ubi orto incendio vicini ædificium defendendarum mearum ædium cauſa diſſipetur, iterum hujus actionis negat uſum, quia injuria non fecit, qui ſe tueri voluit; Alia vero omnia videtur dicere *in L.7. §.4. ff. quod vi aut clam*, ubi exceptionem contra hoc Interdictum, ex capite ædium vicini, incendii arcendi cauſa, interciſarum, ex mente CELSI & GALLI dubiam adducit, deinde SERVII diſtinctionem producit in medium, ſi id Magiſtratus feciſſet, dandam eſſe, privato vero non eſſe idem concedendum, mox vero ſubnectit, omiſſa diſtinctione inter privatum & Magiſtratum, ſi tamen quid vi aut clam factum ſit, neque ignis usque eo perveniſſet, ſimpli litem æſtimandam, ſi perveniſſet, abſolvendum eſſe; quod ſi nullo incendio id fuerit factum, deinde incendium fuerit ortum, non idem eſſe dicendum, quia ex mente LABEONIS damnum præſens, non quod ex poſt facto contigit, æſtimari debeat. Videntur autem tantum, & apparenter contrariæ ſunt hæ leges, facile conciliandæ; Uti enim diſtinctio Servii inter Magiſtratum & privatum facile concidit, ab Ulpiano quippe ipſo rejecta; Ita omnis res eo redit, an metus incendii appropinquantis fuerit juſtus, probabilis, & veroſimilis, an vero vanus, & non attendendus; Illo caſu ceſſare debet omnis actio, hoc vero caſo diruens ædes vicini vix liberandus erit à præſtatione damni, ſed ſimpla tantum, neque ad id, quod intereſt, quod alias ex natura hujus Interdicti præſtatur, *per L. 15. §.7. h.t.* adigendus erit; niſi ignis eo usque tamen perveniſſet, adeoque ipſe eventus metum pro vano viſum legitimaſſet: ſed hoc caſu non contingente maximum dubium in eo vertitur, quis ille, & quomodo metus vel juſtus vel vanus probari poſſit, cum ex inopinato contingenti periculum, modo majus, modo minus, apparere queat, & conſternationi omnino aliquid ſit dandum, proinde & hic prudentis Judicis arbitrio omnia relinquenda erunt; tunc vero omnino de juſtitia

 metus

metus aperto conſtat, ſi ignis ad dirutas ædes pervenit, STRUV. *de ædific. privat th. 69.* BACHOV. *ad* TREUTL. *Vol 1. Diſp. 18. Tit. 8.* Cæterum experientia magiſtra docuit, tempeſtivam ædium demolitionem tutiſſimum eſſe arcendi incendii remedium, & contra propria, imo totius univerſitatis, commoda laborare refractarios, proinde omni poſſibili modo cogendos, ſiquidem expectare poterunt refuſionem damni pro omnibus perpeſſi; & ſic juſtitiam hujus facti defendunt, FRIEDLIEB *in dict. tr. cap. 7. §. 1. p. 62. & in not. pag. 65.* GAIL. *obſ pract lib. 2. obſ. 22. n. 1.* SPEKHUN. *in laud. tr. med. 1. cap. 3. §. 11.* LUBLER *de incend. c. 5. §. 116. & mult. ſeqq.* BRUNNEM. *ad L. 49. ad L. Aquil n. 2.* MASCARD *de prob. Vol. 2. concl. 892. n. 6.* LAUTERB. *in Colleg. Theor. pract. tit ad L. Aquil. th. 14. & in* DISSERT. *de æquit. & extenſ. L. Rhodiæ, th. 19. 15. & 16. & in Exerc. ad Pand. 19. Concl. for. 13.* TITIUS *in Jur. priv. Rom. Germ. lib. 5. cap. 6. §. 2. & 3.* STRYK *de incend. caſual. poſ. 9. per tot.* STREKER *in laud. diſſ. §. 23. 24. & 25. nonnibil à nobis abludens.* L. B DE LYNKER *in cent. 12. Dec. 1124.* & hanc in rem noſtro in Ducatu **in der Feuer-Ordnung** *p. 2. pto. 11.* idem cautum legitur.

Porro non parum facit ad auxilium ferendum, ſi non omnes tumultuarie, ſed turmæ ordinatæ, **die Rotten**, accurrant, & juvent, ne vel multitudo impediat, vel omnes delaſſati continuando operi non ſufficiant, uti ſalubriter eſt conſtitutum in noſtra *Ordin. Provinc. T. 88. §. 3.* & licet extranei otioſi ſpectatores inhumaniter denegando ſuppetias id impune ferant, ita opinante *Ill.* LEYSERO *in ſpec. ad Pand. 541. med. 5.* idem de unius provinciæ civibus, quanquam non unius corporis ſociis, affirmare non auſim, & quin Subditi Würtembergici aliis ſubditis tali in calamitate ſuccurrere debeant, nihil dubii præfatus *Tit. 88.* relinquit, quod autem Cives & incolæ primario civitati laboranti incendio ſuppetias ferre debeant, id juris eſt expediti, & pars officii civici. BEYER *in Delin. Jur. Germ. cap. 13. n. 8.* Inſtructi autem & præparati advolare debent adjutores, & Magiſtratum puniendum cenſet *Ill.* LEYSER. *ſp ad Pand. 541. med. 7.* qui inſtrumenta ad compeſcenda incendia idonea parare negligit: & eandem querelam repetit SPEKHUN *d. tr. cap. 2. §. 6. & c. 3. §. 7.* & D. DEINLIN. *Diſſ. alleg. ſect. 2. §. 7.* Inter ea primum merentur locum, quæ etiam in *L. 3. §. 3. de offic. pref. vigil.* ipſi commendantur, hamæ & dolabræ, quarum hæ igni in tignis recepto abradendo, & quaſi

quaſi dolando inſerviat, uti ex TURNEBO, COLUMELLA, TACITO, explicat SPEKHUN *d. tr. m. 1. cap. 3. §. 7. n. 60.* illa autem etiam *in L. 12. §. 18. & 21. ff. de inſtr. vel inſtrum. leg.* occurrit, & magis controverſa eſt, dum alii pro uncis ferreis & grandioribus ad diruendas ædes cum CUJACIO *in lib. 13. obſ. 30.* GOTHOFREDO *ad d. L. 3. §. 3.* SPEKHUN. *d. tr. & loc. n. 59.* & FRIEDLIEB. *d. tr. c. 6. in not. ad §. 2. p. 70. & 71.* venditant, alii vero pro vaſe aquario habent, in quam ſententiam inclinant cum COLUMELLA & CATONE *de re ruſtica Ill.* LEYSER *in ſpec. ad Pand. 541. med. 8.* Sic, ut noſtris moribus horum inſtrumentorum nomine optime die Aexte, Beyhle und Feuer-Aymer, poſſint ſubintelligi, & laudanda eſt conſuetudo, novello civi comparationem hamæ injungens: Sequuntur Harpagones, die Feuerhacken, Scalæ, Feuer-Leitern, Siphones, die Feuer-ſpritzen, varii generis, diverſæ ſtructuræ, manuarii & vectibiles, die Waſſer-Fäſſer, Kübel und Kuffen, quorum mentio quoque in *L. 12. §. 18. & 21. de inſtr. vel inſtrum. leg.* occurrit, & uſus eſt inſignis, vid. SPECKHUN *d. tr. m. 1. c. 3. §. 61. & c. 4. §. 5.* & GOTHOFREDUS *in not. ad hunc textum.*

Denique materia, mediante qua ignis poteſt extingui, quo communior, eo laudabilior eſt, aqua ſcilicet. quæ partim per canales & ductus adducitur, partim publico flumine ſubminiſtratur, & inſignis eſt urbis commoditas, quam amnis diſtinguit, vid. FRIEDLIEB *d. l. c. 7. in fine* & SPEKHUN *laudato tr. m. 1. c. 3. §. 8. & c. 4. §. 6.* imo lac ad ignem fulmineum delendum adhibitum & ipſe memini, id quod & FRIEDLIEB *d. l.* monuit, imo acetum veteres infuderunt, quod frigidiſſimum, & ad flammam vincendam aptiſſimum exiſtimarunt Romani, quapropter hoc ſub charactere ab ipſis prædicatur in *L. 12. §. 18. ff. de inſtr. vel inſtrum. leg. & in L. 3. §. 5. ff. de penu leg.* add. LYNK *Diſp. de aceto legato*, ubi in *§ 5.* conſiderationem juridicam inſtituit: quamvis hodie magis ad culinarem, quam hunc uſum applicetur. Sed quid dicendum de incantationibus, exorciſmis & adjurationibus, von Feuer beſchwöhren? Has certe Chriſtianus Magiſtratus neque permittit, neque tolerat, ex monito SPEKHUN *d. tr. m. 1. c. 3. §. 2.* Crepat quidem recutita gens amuleta, characteres, & ſchedulas flammis extinguendis aptas, ſed earum vanitatem & inutilitatem detexit *Vir Doctiſſimus, & in Sanctiori Hebræorum litteratura verſatiſſimus* Dn. ABBAS ZELLER *in Diſſ. Epiſt. de Schedula incend. Sacra Jud. per tot.*

G 2 Eo

Eo autem uſum pulveris nitrati, vel exploſionem bombardæ in ſe ſpectatum, quam quidem prior Author abhorret, nunquam retulerim, cum per rationes phyſicas, hujus pulveris immiſſio ſtupendum habeat effectum, &, quando partes nitri aëreæ & aqueæ aliæque volatiles, igne, à ſolphure & pulvere carbonum prompte arrepto, per hunc continuato, & per illud vehementer aucto celerrimeque diffuſo ſumme citiſſimeque rareſiunt & expandantur, per deducta D. VERDRIESSII *in Phyſica P. Spec. cap. 6. §. 4.* fieri eſt neceſſe, ut obvia diſcutiantur, & materia inflammabilis diſpergatur latius, quo facto laborantibus via panditur amplior ſuccurrendi: quamvis pro varietate circumſtantiarum nec hoc ſemper conſultum, ſed tutius ſit, ignem compeſcere & in propriis ſuis favillis & foveis ſepelire. Supereſt, ut QUARTUM, pœnam quippe, ad curam ignis omnino ſpectantem, pauliſper inſpiciamus, & *L. 4. ff. de offic. præf. vigil.* indicat, quomodo negligentes puniti fuerint; Nos mittimus illa trita de pœnis doloſi & culpoſi incendii ubivis obvia, & arbitrio Judicis, pro ratione circumſtantiarum plerumque relicta, & hoc unicum noſtræ meditationi ſubjicimus, an propriæ quoque vindictæ erga illum detur locus, cujus reticentia incendium fuit ortum: Notabilis hanc in rem eſt GLOSSA SPECUL. SAXON. *lib. 2. art. 51.* ubi ita: Wiſſe auch allhie, daß bey welchem Mann bey nächtlicher Weyl ein Feuer auskommt, und es der Wirth zum erſten gewahr würde, und verſchwiege es aber, und ſchreyet nicht, er würde gleich davon flüchtig oder nicht, weil er den Schaden verſchwiegen hat, welches dann bey Leib und Guth verbotten iſt, ſo ſolle man ihn, alsbald ihne jemand ergreifft, in das Feuer werffen, ohne allen Wandel oder Ausreden, neque multum diſſentit DANHOUDER *in pr. rer. crim. c. 104. n. 3.* Sed noſtri mores omnino reprobant hunc furorem, &, ſicubi talis contingeret caſus, pœna certa, eum, qui eousque furori indulget, manet, ſed mitior, ſi juſta doloris fuerit cauſa; *Ill.* LEYSER *in ſp. ad Pand. 541. med. 4.* STRYKER *in alleg. Diſſ. §. 29. in fin.* ENGAU *in Elem. Jur. Crim. Germ. Carol. lib. 1. tit. 37. §. 450.* Cæterum experientia docuit, quod reticentia majus omnino malum operetur, quam clamor & vociferatio; hinc non ſolum aliquibus in locis ſub pœna pecuniaria acclamatio eſt injuncta, uti aliquot exempla allegat SPEKHUH. *d. tr. memb. I. c. 3. §. 10.* Sed etiam in noſtro Ducatu, cum alias ſecundum *Ordinationem* Ædilitiam, die Bau-Ordn. pag. 19. mulcta decem florenorum impoſita fuiſſet illi, in cujus ædibus ignis, pulſu campanulæ notificatus, erupit, hoc ipſum eſt immutatum per GENERALE RESCRIPTUM *de A. 1716.* & diſpoſitum, daß ein ſolcher, der bey wahrgenommenen Feuer um Hülffe ſchreyt, anderſt nicht, als ſo fern er daran ſchuldig, die andere aber alle, die heimlich löſchen wollen, zur Straffe gezogen werden ſollen, referente *hoc* EXTRACT. GENER. RESCRIPT. *pag. 145.*

Atat hæc omnia in fumum abeunt, ſi Deus ipſe non adſtiterit, quem precamur ardenter, ut nos benigne cuſtodiat, & exitialem à nobis avertat flammam, dicturis gratias ſempiternas.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google